



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Divi Thomae Aqvinatis Doctoris Angelici Opera Omnia

Summa diligentia ad exemplar Romanæ Impreßionis restituta
Complectens Primam Secundæ, & Secundam Secundæ Summæ
Theologiæ

Thomas <von Aquin, Heiliger>

Venetiis, 1593

[1 Vtrum effectus legis sit facere homines bonos.]

[urn:nbn:de:hbz:466:1-72759](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-72759)

legem dedit hominibus ad huc imperfectis existenti...

AD SECUNDVM dicendum, quod salus hominum non poterat esse nisi per Christum illud Actuum...

AD TERTIVM dicendum, quod lex naturalis dirigit hominem secundum quaedam praecepta communia...

ARTICVLVS VI.

Vtrum sit aliqua lex fomitis.

AD SEXTVM sic proceditur. Videtur quod non sit aliqua lex fomitis. Dicit enim Isidorus in 2. Ethym. quod lex ratione consistit...

¶ 2. Præ. Omnis lex obligatoria est, ita quod qui eam non seruant, transgressores dicuntur...

¶ 3. Præ. Lex ordinatur ad bonum commune, ut sit pra habitum est: sed fomes non inclinatur ad bonum commune...

SED CONTRA est, quod Apostolus dicit Ro. 7. Video legem aliam in membris meis, repugnantem legi mentis mee...

RESPON. dicendum, quod sicut supra dictum est, Lex essentialiter inuenitur in regulante & mensurante...

A ut sic quodammodo bestiis assimilatur, quae sensualitatis impetu feruntur, secundum illud Psal. 48. Homo cum in honore esset, non intellexit...

AD PRIMVM ergo dicendum, quod ratio illa procedit de fomite secundum se considerato, prout inclinatur ad malum...

AD SECUNDVM dicendum, quod obiectio illa procedit de eo quod est lex quasi regula & mensura...

AD TERTIVM dicendum, quod ratio illa procedit de fomite quantum ad inclinationem propriam, non autem quantum ad suam originem...

QVAESTIO XCII.

De effectibus legis, in duos articulos diuisa.

DE INDE considerandum est de effectibus legis.

ET CIRCA hoc quaeruntur duo.

¶ Primo, Vtrum effectus legis sit homines facere bonos.

¶ Secundo, Vtrum effectus legis fiat imperare, uetare, permittere, & punire, sicut legisperitus dicit.

ARTICVLVS PRIMVS.

Vtrum effectus legis sit facere homines bonos.

AD PRIMVM sic proceditur. Videtur, quod legis effectus non sit facere homines bonos. Homines enim sunt boni per uirtutem...

¶ 2. Præ. Lex non prodest homini

In cor. ar.

In corp. ar. & q. 90. ar. 1

Super questionis 92. articulum primum.

In arti. r. quæst. 92. dubium occurrit circa rationem ex eo, quod aut falsum asseritur, aut intentum non infert...

Infr. ar. 2. ad 4. & 2. contra c. 11. 6. 2. & 3. & 4. & Ro. 10.

Ca. 6. in pri. in 8. 5. q. 55. ar. 4.

nos, & in corpore articuli inferri ex ista propositione, quod legis est inducere subiectos ad propriam ipsorum virtutem. Si vero materialiter intelligitur, tunc licet inferret intentum, ipsa tamen uniuersaliter est falsa, & subuersionem pareret totius doctrinae; materialis enim sermo a doctrina alienus est.

¶ Ad hoc dicitur, quod sermo est formalis, ueritas, & efficax ad intentum inferendum. Aduertendum namque est, quod non est sermo de hac, uel illa lege, sed de lege in communi condente eternam diuinam, &c. & quod homo non solum in ordine ad hoc uel illud, sed etiam in ordine ad felicitatem naturalem, & propriam, & politicam, & supernaturalem est subditus. Ex his namque habetur quod bonitas hominis, in quantum homo, & bonitas hominis, in quantum subditus, licet uniuersaliter non coincidunt, quandoque tamen coincidunt, scilicet, respectu legis ordinantis hominem ad ueram felicitatem, siue naturalem, siue supernaturalem, ac per hoc, quod lex factiua bonitatis in subdito in ordine ad felicitatem, est etiam factiua bonitatis propriae in homine, quoniam illam tenet, quae subditus ordinatur ad ueram felicitatem. Est ergo propositio licet formaliter intelligenda, quod ex eo patet, quod auctor sub illa subsumit de bona & mala lege, & concludit, quod legis est facere subditos bonos simpliciter, uel secundum quid, ut bonos herones. Et cum dicitur, quod non inferret intentum, quia alia est ratio subditus, & hominis, iam patet responsio, quod licet uniuersaliter non sit eadem ratio, respectu tamen legis ad ueram felicitatem, sub qua inferret auctor fieri homines bonos, eadem est ratio hominis, & subditus, non secundum relationem significatam per ly, subditus, sed secundum rationem fundantem subiectionem: homo enim ex hoc quod homo, ordinem habet ad felicitatem mediante uirtute propria.

¶ In responsione ad tertium eiusdem articuli primi, dubium occurrat ex eo, quod auctor uidetur contradicere sibi, & falsum dicere, contradicere quidem sibi, quia in principio illius responsionis dicit, quod impossibile est, ut aliquis homo sit bonus, nisi sit bene proportionatus bono communi; & in calce dicit, quod alia est uirtus boni uiri, & boni ciuis. Si namque diuersa est uirtus uiri, & ciuis, potest esse uir bonus, & ciuis non bonus, & e conuerso ciuis bonus, & uir non bonus, & si impossibile est aliquem esse uirum bonum, & non bonum ciuem, quomodo alia est uirtus boni uiri, & boni ciuis. Falsum autem dicitur, quia uir solitarius sapientiae contemplatione contentus, est bonus uir, uirtute uirtutis heroicæ, & tamen non est bonus ciuis, quia nec est ciuis.

¶ In eadem responsione est aliud dubium, quia falsum uidetur, quod eadem sit uirtus boni uiri, & boni principis. Nam uirtus boni uiri est monastica, principis uero politica. Et nihilominus uoluntaria etiam uidetur differentia inter necessitam uirtutis simpliciter in principe, & non in ciue, nam sicut ad bonum communitatis sufficit, quod ciues subditi principum mandatis obediant, ita sufficit quod princeps recta, oportuna ad bonum communitatis mandet, & exequatur quantum sua interest,

nisi legi obediat: sed hoc ipsum quod homo obedit legi, est ex bonitate, ergo bonitas praerogatur in homine ad legem. non igitur lex facit bonos homines.

¶ 3. Praeterea. Lex ordinatur ad bonum commune, ut supra dictum est: sed quidam bene se habent in his quae ad commune pertinent, qui tamen in propriis non bene se habent, non ergo ad legem pertinet, quod faciat homines bonos.

¶ 4. Praeterea. Quaedam leges sunt tyrannice, ut Philosophus dicit in sua politica: sed tyrannus non intendit ad bonitatem subditorum, sed solum ad propriam utilitatem, non ergo legis est facere homines bonos.

SED CONTRA est, quod Philosophus dicit in 1. Eth. quod uoluntas cuiuslibet legislatoris haec est, ut faciat homines bonos.

RESPON. Dicendum, quod sicut supra dictum est, lex nihil aliud est quam dictamen rationis in praesente, quo subditi gubernantur: cuiuslibet autem subditi uirtus est, ut bene subdatur ei, a quo gubernatur, sicut uirtus irascibilis & concupiscibilis in hoc consistit, quod sint bene obediētes rationi, & per hunc modum uirtus cuiuslibet subiecti est, ut bene subiciatur principanti, ut Philosophus dicit in primo Politicae. Ad hoc autem ordinatur unaqueque lex, ut obediatur eia subditis, unde manifestum est, quod hoc sit

proportionaliter sicut alii. Quid enim ad communitatem de malitia priuata rectorum, quam ciuim, si ad communitatem faciunt, quod oportet? Nulla enim apparet formalitas, sed solum secundum magis, & minus. Contra enim, principis priuata malitia magis nocet, quia

proprium legis, inducere subditos ad propriam ipsorum uirtutem. Cum igitur uirtus sit quae facit bonum habentem, sequitur quod proprius effectus legis sit bonos facere eos, quibus datur uel simpliciter, uel secundum quid. Si enim intentio ferentis legem tendat in uerum bonum, quod est bonum commune secundum iustitiam diuinam regulatum, sequitur quod per legem homines fiant boni simpliciter. Si uero intentio legislatoris feratur ad id quod non est bonum simpliciter, sed utile, uel delectabile sibi, uel repugnans iustitiae diuinae: tunc lex non bonos facit homines simpliciter, sed secundum quid, scilicet in ordine ad tale regimen. Sicut enim bonum inuenitur etiam in per se malis: sicut aliquis dicitur bonus latro, quia operatur accommode ad finem.

AD PRIMUM ergo dicendum, quod duplex est uirtus, ut ex supra praedictis patet, scilicet acquisita, & infusa. Ad utranque autem aliquid operatur operum assuetudo, sed diuersimode. Nam uirtutem quidem acquisitam causat: ad uirtutem autem infusam disponit, & eam iam habitam conseruat, & promouet. Et quia lex ad hoc datur, ut dirigat actus humanos, in quantum actus humani operantur ad uirtutem, in tantum lex facit homines bonos, unde Philosophus dicit. 2. Politicae, quod legislatores assuescentes faciunt bonos.

dinata ad felicitatem ueram: quia homo in quantum homo, pars ciuitatis, quia est animal politicum, sicut homo in quantum homo, est disciplinabilis, ac per hoc & in habendo bonitatem hominis, oportet quod habeat proportionem ad bonum commune ciuitatis, scilicet in preparatione animi. Non est recte dispositus secundum prudentiam, & alias caritas, uirtutes, qui non est preparatus ad id, ad quod ueritas, & habenda bonitatem simpliciter, oportet quod habeat proportionem ad bonum commune, quia est in se bonus: & consequenter, quia est principum, aliter non posset talis homo dici bonus, nisi secundum bonum commune. Si ergo homo est bonus, cum bonitas sua sit ad bonum commune, & non sit ad bonum commune, quod est esse bonum ciuem, & e conuerso ciuem, ut scilicet aliquis sit bonus ciuis, & non simpliciter bonus: quia bonum simpliciter, consistit in bonitate integra, bonum autem secundum quid, ex aliquo partem bonum, uis autem bonus non nisi bonitatem secundum quid habet, & ideo in litera dicitur, quod sufficit quod obediatur principum, unde patet nullam esse contradictionem, & eadem etiam nulla sit falsitas propter hominem heroicum, & eadem, quia de hominibus sermo est: heroicus autem dicitur, plusquam homo est, diuinam uitam imitans, & quia heroicus in preparatione animi est recte dispositus ad bonum communitatis bonum, & rursus est optime communitatis laesi patriae.

¶ Ad secundum dubium dicitur, quod in secunda formalitate concedente, ex proposito tractabitur de uirtute, & de uirtute prudentiae monastica, & politica in quadraginta quaestione, ubi dicitur, quare magis uirtus boni uiri laici

q. 90. ar. 2.

2. 2. c. 9. & c. 3. Et li. 2. ca. 8. com. 5.

li. c. 14. circa prin.

q. 90. ar. 2. & 4.

ex c. ul. to. 5.

virtuti principis, q̄ ci
uis, cū in virtute bo-
ni viri claudatur ve-
trunq̄. f. posse bene
præfse, & bene su-
berfse. De necessitate
vero virtutis mona-
sticæ in principe ma-
gis q̄ in cive, de qua
hic tractat, dicendū
est, q̄ cū inter prin-
cipis, & cives tm̄ in-
terit, q̄ princeps vices
totius multitudi-
nis in se gerit, vt pote
curā illius hñs, cives
autē partes sunt, con-
seques est, q̄ priuata
māltia principis ad
male p̄cipiendū toti
multitudini eū indu-
ce. & sic cōi bono
sufficiens est nocerē.
Priuata autē māltia
civiti bono existente
principe, cōi bono
est diluēt, non tñ
nocere sufficit: quia
efficacē actiōē ad
eōe non habet, sed
diminuat. Prop̄ter
q̄ oportet, si cōe bo-
nū publicū recte se
habet, hñe principē,
qui sit & vir & prin-
ceps bonus, vnde Ec-
clesiastes 10. dī. Ve-
terez, cuius rex est
puer, & cuius princi-
pes mane comedūt,
s. sine prudentia vt
puer, & sine speran-
tia indulgetes primū
ventri: viraq̄ autem
virus est monastica.

AD SECUNDVM dicendum, q̄
non semper aliquis obedit legi
bonitate perfecta virtutis: sed
quandoque quidem ex timore
pœnæ, quandoque autem ex solo
dictamine rationis, quod est q̄-
dam principium virtutis, vt * su-
pra habitum est.

AD TERTIVM dicendū, q̄ bo-
nitas cuiuslibet partis considera-
tur in proportione ad suū totū.
vnde & Aug. dicit in 3. Confes q̄
turpis est omnis pars, quæ suo to-
ti non congruit. Cū igitur qui-
libet homo sit pars civitatis, im-
possibile est, q̄ aliquis homo sit
bonus, nisi sit bene proportiona-
tus bono communi: nec totum
potest bene existere, nisi ex parti-
bus sibi proportionatis. Vnde im-
possibile est, q̄ bonum commu-
ne civitatis bene se habeat, nisi ci-
ues sint virtuosī, ad minus illi, q̄-
bus convenit principari. Sufficit
autem quantum ad bonum com-
munitatis, quod alii intantū sint
virtuosī, quod principum man-
datis obediāt, & ideo * Philoso-
phus dicit in 3. Polit. quod eadē est vir-
tus principis, & boni viri: non au-
tem eadē est virtus cuiuscūque
civis, & boni viri.

AD QVARTVM dicendum, q̄
lex tyrannica cum non sit secun-
dum rationem, non est simplici-
ter lex, sed magis est quædam p̄-
uerfitas legis. Et tamen inquantū
habet aliquod de ratione legis, in-
tendit ad hoc, q̄ cives sint boni.
Non enim habet de ratione le-
gis, nisi secundum hoc, q̄ est dī-
ctamen alicuius præfidentis in subdi-
tis, & ad hoc tendit, vt subditi le-
gi sint bene obediētes, quod est
eos esse bonos, non simpliciter,
sed in ordine ad tale regimen.

ARTICVLVS II.

Utrum legis actus conuenienter
assignentur.

AD SECUNDVM sic proceditur.
Videtur, quod legis actus nō
sint conuenienter assignati in
hoc, quod dicitur, quod legis a-
ctus est imperare, vetare, permit-
tere, & punire. Lex enim omnis
præceptum commune est, vt * le-
gisconsultus dicit: sed idē est im-
perare quod præcipere, ergo alia tria superfluent.

¶ Præf. Effectus legis est, vt inducat subditos ad bo-
num, sicut * supra dictum est: sed consilium est de
meliori bono, quā præceptum, ergo magis perti-
net ad legem consulere, quā præcipere.

¶ Præf. Sicut homo aliquis incitatur ad bonum per
pœnas, ita etiam & per præmia, ergo sicut punire po-

nitur effectus legis, ita etiam & præmiare.

¶ 4 Præf. Intentio legislatoris est, vt homines faciat
bonos, sicut * supra dictū est: sed ille qui solo metu
pœnarum obedit legi, nō est bonus, nam timore ser-
uili, qui est timor pœnarum, etsi bonum aliquis faci-
at, non tamen aliquid beneficit, vt * Aug. dicit: non
ergo videtur esse proprium legis, quod puniar.

SED CONTRA est, qd * Isidorus dicit in 5. Ety. Oīs
lex aut permittit aliquid, vt vir fortis præmiū petat:
aut vetat, vt sacrarum virginū nuptias nulli liceat pe-
tere: aut punit, vt qui cædem fecerit, capite plectat.

RESPON. Dicendum, q̄ sicut enuntiatio est ratio-
nis dictamen per modum enūtiandi, ita etiā lex per
modum præcipiēdi. Rationis autem proprium est,
vt ex aliquo ad aliquid inducat: vnde sicut in demō-
stratiuis scientiis ratio inducit, vt assentiat cōclu-
sioni per quēdā principia, ita etiam indncit, ut assen-
tietur legis præcepto per aliquid. Præcepta autem
legis sunt de actibus humanis, in quibus lex dirigit,
vt * supra dictum est. Sunt autem tres differentie hū-
manorum actuum. Nā, sicut * supra dictum est, qui-
dam actus sunt boni ex genere, qui sunt actus virtu-
tum, & respectu horum ponitur legis actus præcipe-
re, vel imperare. Præcipit enim lex omnes actus vir-
tutum, vt dicitur in 5. * Ethicor. Quidam autem sunt
actus mali ex genere, sicut actus vitiōsī, & respectu
horum lex habet prohibere. Quidā vero ex genere
suo sunt actus indifferentes, & respectu horum lex
habet permittere, & possunt etiam indifferentes dici
omnes: illi actus qui sunt vel parum boni, vel parum
mali. Id autem, per quod inducit lex ad hoc, quod
sibi obediatur, est timor pœnæ, & quantum ad hoc
ponitur legis effectus punire.

AD PRIMUM ergo dicendum, quod sicut cessare a
malo habet quandam rationem boni, ita etiam prohi-
bitio habet quandam rationem præcepti: & secun-
dum hoc large accipiendum præceptum, vniuersali-
ter lex præceptum dicitur.

AD SECUNDVM dicendū, q̄ consulere non est p̄-
prius actus legis, sed potest pertinere etiam ad per-
sonam priuatum, cuius nō est condere legem, vnde
etiam Apostolus 1. ad Cor. 7. cum consilium quod-
dam daret, dixit: Ego dico, non Dominus. & ideo
non ponitur inter effectus legis.

AD TERTIVM dicendum, quod etiam præmiare
potest ad quemlibet pertinere: sed punire non per-
tinet nisi ad ministrum legis, cuius autoritate pœ-
na infertur: & ideo præmiare non ponitur actus legis
sed solum punire.

AD QVARTVM dicendū, q̄ per hoc, q̄ aliquis inci-
pit assuefieri ad vitandum mala, & ad implendum
bona propter metum pœnæ, perducitur quādoque
ad hoc, quod delectabiliter, & ex propria voluntate
hoc faciat, & secundum hoc lex etiam puniēdo per-
ducit ad hoc, quod homines sint boni.

QVAESTIO XCIII.

De lege æterna, in sex articulos diuisa.

DE I N D E considerandum est de singulis.
Et primo, de lege æterna. Secundo, de le-
ge naturali. Tertio, de lege humana. Quar-
to, de lege veteri. Quinto, de lege noua, quæ est lex
Euangelii.

De sexta autem lege, quæ est lex fomitis, sufficiat
quod dictū est, cum de peccato originali ageretur.
Prima Secundæ S. Tho. CC CIRCA

Ar. præced.

Enchirid. c.
121. tom. 3.
Lib. 5. Ety-
mo. ca. 19. in
prin. & lib.
2. cap. 19.

q. 90. arti. 7.
& 91. arti. 4.
q. 18. arti. 5. &
8.

Ca. 1. a me-
dio, & cap.
2. tom. 5.